



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Pondus cordis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

CONSIDERATIO VI.

AMOR DEI,

Pondus cordis.

Est pondus deprimens, & est pondus elevans: *peccatum* est pondus, quod deprimit: *amor* est pondus, quod elevat. *Amor meus, peccatum meum: illo feror, quecumque feror*, inquit S. Augustinus. Sicut natura lapidi dat gravitatem, & motum ad centrum, & quietem in centro: sic Deus dat animæ caritatem, & cum ee desiderium Dei, quietem in Deo.

Ergo duobus preceptis, amoris Dei, & proximi, duabus alis, ad Deum anima volat: & ad Deum volando, quia ascendit amando. O dulce pondus amoris, quod tollit omne aliud pondus: *facilia sunt amantibus, & verus amor nomen infirmitatis erubescit*. Tantum abest, ut amans diffidat, quod placet amato, ut etiam nomen id erubescit.

Sed est animadvertendum, ne amoris divini amor se misceat: quia tunc, anima quasi visum in pennis, volare non potest, pennas inviscari, pedibus habet, non promptas ad volatum. *Amor verus est, peccatis venialibus, ut non metur anima, tamen inviscari, & impediri peccatis, ut liberè volare non possit*. Expediuntissima,

locissima est aquila, sed impeditur peccatis. Liberi ergo ab omni pondere peccati, volumus pondere, & alis sancti Amoris.

